

/ Admodum R/de Pater, Optassem omnino, ut Serenissima Domina Archiducissa explicasset numerum Agnorum Dei, quem cupit habere, sed iam vix fieri potest, ut responsio tempestive adveniat. nam post tres hebdomadas fiet consecratio Agnorum Dei, id est, in 5 ipsa hebdomada Paschali. Sed his non obstantibus scribat R.V. numerum, quia vel expectabo alias tres hebdomadas, vel bis mittam. Oret pro me R.V. et commendat me etiam sanctis precibus Serenissimarum Dominarum mearum. Romae, die 13. Martii 1619.

frater, et servus in Christo

10

Robertus Card/lis Bellarminus.

P/ri Egolpho Alther sacerdos Societatis Jesu. Halam.

Admodum Rev/do P/ri P/ri Egolpho Alther Sacerdoti Societatis Jesu

Halam

(cachet)